Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

autem; quia princeps mundi huius iam iu-
dicatus est. Adhuc multa hēo uobis dicere;
sed non potestis portare modo. Cum autem
uenerit ille spiritus ueritatis; docebit uos
omnem ueritatem. Non enim loquetur a
semetipso: sed quecumq; audiet loquetur: et
que uentura sunt annunciabit uobis. Ille
me clarificabit; quia de meo accipiet et annu-
ciabit uobis. Feria. iiij. Ad thessalonic.
Fres; Omnes uos filij lucis estis; et fi-
lij diei. Non sumus noctis; neq; tenebrarū.
Igitur non dormiamus sicut et ceteri; sed
uigilemus et sobrij simus. Qui enim dor-
miunt nocte dormiunt; et qui ebrij sunt noc-
te ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus so-
brij simus; induti lorica fidei et caritatis et ga-
leam spem salutis; quoniam non posuit nos
deus in iram: sed in acquisicionem salutis p
dominum nrm ihm xpm; qui mortuus est p
nb ut siue uigilemus siue dormiamus simul
cum illo uiuamus. Propter quod consolami-
ini inuicem: et edificate alterutrum sicut et fa-
citis in xpo ihu domino nostro. S. iohannem.
In illo tempe: Respiciens ihs discipulos di-
xit. Pater sancte; serua eos in nomine tuo
quos dedisti michi: ut sint unum sicut et nos.